

## XIII. Ars dictaminis a formuláře

Tato kapitola souvisí s předchozí kapitolou a především s kapitolou nazvanou „Korespondence“. Představuje ukázkou z oblasti teorie zabývající se skládáním listů (*ars dictaminis*) a ukázkou z tzv. formulářové sbírky. Pro přehlednost je na místě alespoň stručně objasnit obsah jednotlivých pojmů. Kromě toho, že se pojmem *ars dictaminis* rozumí především poučení o tvorbě listů (jak je to zřejmé z ukázky Alberichovy tvorby), samotný pojem *dictamen* znamená prozaické stylistické cvičení, které mohlo později sloužit i přímo jako vzor pro skutečnou korespondenci. Nakonec se tedy mohlo jednat v podstatě i o jakýsi formulář pro skládání (spíše soukromých) listů. Termín formulář se však v diplomatice používá častěji či přesněji pro vzory, které sloužily k sepisování listin.<sup>59</sup> Formulářová sbírka však už zase může označovat soubor listin nebo listů.<sup>60</sup>

První ukáзка pochází z díla *Breviarium de dictamine* Albericha z Montecassina. Alberich (Albericus Casinensis, kolem 1030 – po 1105) byl italským benediktinem, básníkem, autorem teologických, hagiografických, církevně-politických, gramaticko-rétorických a hudebněteoretických spisů a autorem *ars dictaminis* – „stylistických předpisů pro skládání oficiálních písemností“.<sup>61</sup> Ukáзка představuje některé typy prologů listů (*prologi epistolarum*).

Druhou ukázkou je omluvný list z formulářové sbírky Jana ze Středy (Iohannes Noviforensis, 1344–1380), proslulého kancléře Karla IV. a biskupa v Litomyšli a Olomouci.<sup>62</sup>

59 NECHUTOVÁ, J. *Latinská literatura*, s. 102–103.

60 HLAVÁČEK, I. a kol. *Vademecum*, s. 200.

61 VIDMANOVÁ, A. Albericus Casinensis. In SLS, s. 77.

62 SPUNAR, P. Iohannes Noviforensis. In SLS, s. 328.

## Alberich z Montecassina – *Breviarium de dictamine*

### Prologi epistolarum

Prologi epistolarum multipliciter fiunt. In quibusdam enim nomen delegantis ponitur, nomen vero eius, cui delegatur, non ponitur, ut in preceptis regiis, de quibus superius patet; in quibusdam nomen et delegantis et cui delegatur ponitur, sed quam mittat, non delegat salutem vel huiusmodi aliquid non locatur, ut „Iohanni Petrus“; in quibusdam et nomen mittentis et nomen, cui mittitur, et salutem vel aliquid aliud huiusmodi, sed verbum, a quo hi regantur casus, in subauditione relinquunt, ut „Servius Honoratus Aquilino salutem“; in nonnullis omnia collocantur, ut „Cicero suo Ciceroni salutem dicit“.

In nonnullis prologis adiectiva personis, quibus epistole delegantur, ponuntur, sed eis, a quibus delegantur, non ponuntur, ut „venerabili fratri P. I. salutem“; in nonnullis – quod perrarum est reperire – adiectiva eis † in nonnullis et ei, quam delegant vel exoptant, ‘salutem’ competens adiectivum adiciunt, ut „Iohanni P. salutem in Christo perpetuam“.

Antiqui mittentium nomina semper solebant preponere; moderni, humilitatis causa, nisi excellentissima sit persona mittentis, semper ea consueverunt postponere; interdum etiam excellentissime persone, precipue humilitatis gratia, sua postponunt nomina.

Sciendum preterea non decere in epistolis omnibus eosdem prologos esse, sed pro diversitate quibus mittuntur et mittentium personarum diversos. (...)

Prologus epistole inferioris persone ad abbatem: „Reverentissimo ac sanctissimo cenobii Cassinensis abbati D. I. insolubile fidelitatis vinculum.“ (...)

Prologus epistule ad amicum: „Amico unanimi amicus unanimes B. A. idem velle et idem nolle in Domino.“ (...)

Prologus epistole domini ad servum vel ad militem: „P. fideli suo L. gratiam et bonam voluntatem.“

Prologus epistole servi ad dominum: „Domino suo Iohanni P. debite servitutis obsequium.“ (...)

(ALBERICO DE MONTECASSINO. *Breviarium de dictamine*. Ed. F. Bognini. Firenze – Sismel – Edizioni del Galluzzo, 2008, s. 40–43. ISBN 88-8450-265-9.)

*Slovní zásoba*

delego, are, avi, atum – odesílat

salus, utis, f. – pozdrav

perrarus – velmi řídký

exopto, are, avi, atum – dožadovat se, toužit po něčem

competens, entis – vhodný, náležitý

prepono = praepono, ere, posui, positum – klást napřed

Cassinensis, e – týkající se Monte Cassina

insolubilis, e – nepomíjející

## ***Cancellaria Iohannis Noviforensis***

*Olomucensis archiepiscopi Pragensi, ut excuset eum coram imperatore, quia venire propter inevitabiles casus non possit.*

Reverendissime etc. Carissimi domini mei Imperatoris ab eo tempore, quo transmisit in marchiam, nullam umquam recepi, licet legatus nunc michi scripsit in literis suis, quas hodie una cum ipsius in die s. Crispini primum accepi, intimaverit michi (sic!), quod ad me cesaris litere dudum debuerant pervenisse et quamvis ego toto cordis ardore semper existam dispositus domini nostri communis ac eciam vestris, pater Reverendissime, mandatis et literis obedire, nunc tamen corpore sum adeo debilis et sic notabili oculorum langwore constringor, quod vix in ipsa mea domo de commodo ad commodum cum adiutorio hominum transire valeam, ne dum longi itineris laboribus exerceri. Ideoque Rev. pater etc. dignetur V<sup>a</sup> D. me super hiis ad presens excusatum habere propter necessitates inevitabiles, quas auditis, et similiter erga Ser. communis domini nostri magnificenciam et apud d. legatum similiter graciousius excusare, nam nulla ratione metuendissime D<sup>ni</sup> V<sup>c</sup> talia scriberem, nisi manifesta forent publice nocioni. Personam vestram etc...

*(Cancellaria Iohannis Noviforensis episcopi Olomucensis, 1364–1380. Herausgegeben von F. Tadra. Wien: A. Holzhausen, 1886, č. 94, s. 85–86.)*

*Slovní zásoba*

marchia, ae, f. – markrabství

langwor = languor, oris, m. – nemoc